

litate.¹⁷⁾ Multis vero super hiis factis postea difficultatibus in 3^o concilio declaratum id verum esse, quando huiusmodi translacio postularetur¹⁸⁾, quod non intervenisset in translacione Rabani. Affirmabat consequenter esse iniustum reservaciones et provisiones fieri ad nutum summi pontificis, translaciones quoque, exaggeracione data, si hec concederentur, tunc ita dici posse de translacione imperii 35 a Germanica nacione.¹⁹⁾ Propter quod huiusmodi defensio spectaret ad totam nationem; similiter ad concilium, quia oportebat ipsum defendere antiqua concilia, cum adhuc censerentur in suis decretis illorum patres conditores.

Et tandem lecto per decanum beate Marie Wesaliensis decreto eleccionis facte per decanum et capitulum ecclesie Treuerensis de persona dicti Vlrici²⁰⁾, adverse parti audienciam petenti die isto, 40 quia iam tarda hora esset, concessa non fuit, biduo sequenti tradita, generali congregacione ad hoc indicta specialiter.

¹⁷⁾ Zur necessitas s. Chalc. c. 20 = D. 71 c. 4. In Nr. 207a Z. 18 zitiert die Entgegnung auf Ausführungen des NvK dessen Nennung von Nicaenum (wie in Nr. 206) und Chalcedonense. Vgl. im übrigen Hinschius, System des kathol. Kirchenrechts III 305ff.; ferner auch c. 34 und 35 C. VII q. 1.

¹⁸⁾ Mit dem tertium concilium ist sicher nicht das Ephesinum gemeint, wo davon nicht die Rede ist, sondern in Verbindung mit in alio sequenti vorher soviel wie 'ein anderes drittes'.

¹⁹⁾ Vgl. die Bestreitung der päpstlichen translatio imperii in De conc. cath. n. 313ff.

²⁰⁾ S. o. Anm. 13.

⟨nach 1434 März 15, Basel.⟩

Nr. 207

Hugo Dorre (und andere?). Antwort auf Ausführungen des NvK in der Generalkongregation.

Entwurf einer Sammlung der Kontroverspunkte: Rom, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 263^v (= a); unreiner Antwortentwurf, beide von der Hand Dorres: a.a.O. f. 262^r (= b); Reinentwurf in neuer Form von Schreiberband mit neuen Korrekturen: a.a.O. f. 266^r (= c).

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 43 Nr. 82 und 211f.

Ob die letzte Fassung ebenfalls von Dorre stammt, ist unbestimmt. — Die bei Meuthen 43 vorgenommene Datierung des Stückes "um 1434 April 19" ist in der hier geschehenen Weise zu ändern; denn es dürften doch recht eindeutig die Ausführungen des NvK von 1434 III 15 zur Rede stehen, wie sie in Nr. 206 referiert werden. Wenngleich auch Argumente von Nr. 219 wiederkehren, so zwingt die jeweilige Formulierung doch in keinem Falle, ebensolche nicht schon als Äußerungen des NvK auf der Generalkongregation von 1434 III 15 anzusehen.

(a) Ad replicandum contra dicta et allegata per magistrum N. Kusa decretorum doctorem nomine V. in ecclesia Treuerensi intrusi.

Primo contra illa privilegia Karoli et aliorum principum ecclesie Treuerensi concessa et a certis Romanis pontificibus confirmata, in quibus inter alia caveri dicitur eligendum in dicta ecclesia debere esse preclarum genere et ex ipsa dyocesi Treuerensi oriundum, a communi consensu cleri et populi 5 desideratum, approbatum et laudatum.¹⁾

2º contra conclusionem suam principalem, quam ad idem inducebat et pluribus rationibus et argumentis philosophorum comprobavit, videlicet quod in quolibet regimine vel presidencia respectu subditorum requiritur eorundem consensus...²⁾

3º ad ea, que inducebat quasi ex premissis, translacionem domini Rabani vel cuiuscumque alterius 10 per sedem apostolicam factam non valere nec papam posse nuda sua voluntate providere ecclesiis contra eleccionem factam, quia eciam ex eleccione oriretur tantum ius, quod ea reprobata, eciam in forma deficeret, remaneret accio.

Item 4º inter alia dictum est ius positivum omnino subesse iuri naturali etc., quo omnes liberi sumus secundum commune, et alia iura induxit ad probandum sine eleccione et consensu subditorum 15 non esse admittendum.

Item ad confutandum cetera aut quod dixit eciam contra, data sed non admissa reservacione speciali et generali, quam tamen contra concilium Nicenum et Calcedonense esse allegabat nisi propter evidentem utilitatem vel necessitatem³⁾, non venirent in dicta reservacione tres ecclesie metropolitane Tr(euerensis), M(aguntina) et Co(loniensis) propter earum privilegia et insignia, que a Roma- 20 no habent imperio, alias esset dare materiam, quod imperii eleccio et electorum auctoritas dependeret

a papa⁴⁾ — m(andalans) contrarium dicebat, quia translacioni imperii et creacioni electorum papa tunc presedit, sicut si presederit hic in concilio.⁵⁾

Item quod in dictis ecclesiis, presertim in Treuerensi, sunt dignitates temporales, scilicet ducatus etc., ab imperio dependentes, non autem a papa, unde illis dominus prefici non debet, nisi de consensu populi et per eleccionem, non per papam.

Item de eleccione prima, quomodo illa facta est in discordia et materia visa et commissa proprio motu nullo instante, prout plures de cardinalibus hic existentibus possunt testificari, et plus quam per mensem examinata; et ex certis iustis motivis nulli parcium provisum.⁶⁾ Que si expedi(r) et fieri in iure, sic post facta et patefient.

Item quomodo 2^a eleccio facta fuerit certis minis et pactis et modis intervenientibus, sed non sede vacante post provisionem sedis apostolice, non servata forma aliqua iuris, nonnullis receptis, aliis contemptis.⁷⁾

Es folgen Bemerkungen über das seitherige Verhalten Jakobs von Sierck und Ulrichs von Manderscheid.

Item nullus est eligendus vel postulandus aut admittendus extra ecclesiam in casu, quod reperitur ydoneus de ecclesia aut dyocesi.

Item quod V. est intrusus, quia ante eleccionem 2^{am} se intrusit et administracionem ecclesie laicis adiuvavitibus accessit.

Item quod Rabanus sollicitaverit et scripscerit pape per se posse fieri pacem in ecclesia...

40) *Ferner habe Otto an seinem Ende ipsum V. als utilem vorgeschlagen.⁸⁾ Darauf Dorre: Iterum fama ex conscientia, welche nicht mehr Glaubwürdigkeit als eine den anderen ähnliche machinacio besitze.*

Item habuit formam et laudem...

Item quod dicitur de consilio Coloniensis et Maguntini capitulorum et consiliorum processum per laicos...⁹⁾

12 vor eciam getilgt vel.

¹⁾ S. o. Nr. 206 Z. 19–21 mit Anm. 8 und Nr. 219.

²⁾ Nr. 206 Z. 27–29 mit Anm. 15.

³⁾ Nr. 206 Z. 30–32.

⁴⁾ Nr. 206 Z. 35f.

⁵⁾ Anders die päpstlichen Thecrien über die Translatio Imperii und die Einsetzung des Kurfürstenkollegs, die von NvK in De conc. cath. III c.3 und 4 (n. 313–339) kritisiert werden. Auf die päpstliche Translationslehre hatten die Schreiben Eugens IV. von 1431 V 11 an die Kurfürsten (s.o. Nr. 86 Anm. 1) schon Bezug genommen; Meuthen, Trierer Schisma 100.

⁶⁾ Nr. 206 Z. 22–25.

⁷⁾ Nr. 206 Z. 25f.

⁸⁾ Nr. 206 Z. 21f.

⁹⁾ Nr. 206 Z. 26f.

(b) Ad primum de nobilitate et origine ipsius eligendi in ecclesia Treuerensi requisita iuxta ipsius privilegia inconcusse, ut allegatum est per adversarios¹⁾, servata respondeatur..., quod in ecclesia Treuerensi sunt actu canonici capitulares non de ducum, comitum et baronum genere oriundi, sed militari simili aut eciam minori quam sic ipse dominus Rabanus, et similiter in ecclesia Maguntina.

5 Que tamen ambe ecclesie pro tempore habent archiepiscopum electum etcetera. Et pergrave foret nimis et contra omnia iura, ut ad certos dumtaxat ipsi de capitulo esse<n>t limitati ad eligendum eosdem, ipsis abilitate dumtaxat active et non passive reservata. Preterea esset possibile, quod nulli sic essent de tam illustri vel insigni domo capitulares aut canonici, et per consequens cogerentur alii canonici postulare extra ecclesiam, vel pro ea vice iure sue eleccionis essent privati, quod esset absurdissimum.

10 Predicta autem racio eciam militat contra illum punctum, quo dicitur requiri ex privilegio²⁾ eligendum esse originis dyocesis Treuerensis, quia per consequens esset ordinandum, quod quilibet canonicanus ibidem debet esse de dyocesi ... Talem canonicum postea capitularem esse inabilem ad eleccionem, presertim passive, et se haberet pariter absurdum. Igitur apparet dictum privilegium, si in rerum natura foret, esse nullum, quia contra ius et expresse et generaliter contra sacram scripturam etc. per c. ‘Erit autem lex’ iiii. di.³⁾ Vel eciam si esset, foret ei dudum derogatum, quia non servatum per multa tempora, per c. ‘Cum venisset’ de constitutionibus.⁴⁾

Preterea non est novum sedem apostolicam dedissem forensem aut non electum a capitulo. Quinymmo non est in memoria hominum aliter presedisse fortassis a cc annis circiter, nisi per sedem apostolicam datus, aut *capitulum eligisse* — dempto ultimo defuncto domino Ottone¹⁾ — qui ecclesiam non vi eleccionis, sed provisionis, nendum confirmationis obtinuit. Et sic Maguntinus et Coloniensis propter reservacionem et decretum sedis apostolice a multis annis retro servatum. Hec modo annullare et in dubium revocare iuxta antiquos canones, historias et epistulas per N. Kuß allegatas, est ponere os in celum, ut dicitur in c. ‘In tantum’ xxi. d.²⁾, in multorum provisorum vivorum et mortuorum preiudicium et ruinam, et est econtra augere odium inter laicos et clerum alias, proch *color*, hiis temporibus satis firmatum. Est quam eorundem erigere cervicem, ut econtra laici ecclesiastica tractant negocia et disponant de ecclesiarum provisionibus pro libito voluntatis ut pristinis temporibus, quibus ecclesie fuerunt subiecte laicis, secundum que tempora certa iura antiqua et canones et historie seu epistule sanctorum patrum loquuntur per N. Kuß allegata. Sed divi principes videntes huiusmodi disposiciones laicorum esse minus racionabiles, consenserunt illas in ecclesiis et capitula transferri, et sic tunc certis modis cum successu temporis ob varietates periculorum et malicias temporum nonnulla sunt inanita et in melius reformata. Unde dicendum secundum tempora et concordanciam scripture; c. ‘Non debet’ de consanguinitate etc. Extra.³⁾ Quibus patet, quod, si Nicena sinodus aut patres eiusdem hodie viverent, idem dicerent et iudicantes et approbantes, quod factum est per Martinum et alias in Treuerensi ecclesia.⁴⁾

Item si nunc inniti volumus canonibus et sacris scripturis tam iuris novi quam veteris, civilis et canonici, apparebit ipsum Vlricum omnino inutilem, inydoneum ad dictam ecclesiam ac eciam, si terre pernicies foret, eiciendum. *Es folgt eine Schilderung seiner Gewalttätigkeiten:* que omnia alias obticuit N. et falsa expressit.

1) *S. o. Nr. 206 Z. 20f. mit Anm. 8.*

2) *S. o. Nr. 206 Z. 20f. mit Anm. 8.*

3) *D. IV c. 2.*

4) *Wohl c. 8 X de const. I 2.*

5) *Genauer c) Z. 22-24.*

6) *D. XXI c. 9.*

7) *c. 8 X de consang. et affin. IV 14.*

8) *Anspielung auf die Züttierung des Nicaenum durch NvK in der Generalkongregation; s. o. Nr. 206 Z. 30f.*

(c) Et ne obstare videantur quedam allegata per dominum N. Cusa in generali congregacione nomine prefati Vlrici intrusi, in quibus magnum fundamentum nisus est facere, respondeatur:

Et primo, cum mencionem fecit inter alia de quodam privilegio Karoli etc.¹⁾ et *<per>* alios divos principes ecclesie Treuerensi concesso et per certos Romanos pontifices, ut asseritur, confirmato²⁾, tangent de nobilitate³⁾, origine et consensu communis cleri et populi, dicitur primo, quod, si huiusmodi privilegium hodie esset in rerum natura, prout non creditur, servari tamen non deberet eique dudum derogatum fuisse, prout est, prescripcione atque contraria consuetudine et observancia.⁴⁾ Nam constat experientia et legitimis documentis in ecclesia Treuerensi pariter et Maguntina hodie prout et dudum antea recipi et receptos fore in canonicos eciam capitulares extra provinciam oriundos, nendum extra dyocesim, et de simplici militari genere procreatos, habiles active et passive ad eligendum in dictis ecclesiis; et contrarium asserere absurdum iudicaretur in eisdem et per eosdem, nam alias in dictis ecclesiis sequeretur iuxta dicta privilegia pretense allegata sedecim, viginti vel triginta canonicos capitulares esse restrictos ad eligendum unum ex tribus vel quatuor dumtaxat inter eos ex comitum vel baronum genere procreatos et alias fortassis minus habiles et ydoneos, et ceteros esse constitutos ut cifras vel puncta ad organum, quod in illis partibus utroque foro audire foret absordissimum.

Preterea recensendo hystorias ydem reperiatur in ecclesia Treuerensi tam novissimis quam antiquatis temporibus plures ibi fuisse archiepiscopos, ac eciam pro maiori parte, nendum extra dyocesim, sed et provinciam oriundos et a sede apostolica absque eleccione et consensu populi, ac eciam quandoque contra consensum eorundem prefectos, prout patet in quadam cedula presentibus inclusa.⁵⁾ Neque eciam in memoria hominum existit aliquem electum a capitulo fuisse aut virtute eleccionis a sede apostolica confirmationem dicte ecclesie obtinuisse excepto dicto domino Ottone ultimo pastore eiusdem, qui licet electus fuerit, tamen non vi eleccionis, sed provisionis a sede apostolica meruit confirmationem obtinere.⁶⁾

25 Item tercio contra conclusionem principalem, in qua dixit in qualibet presidencia regativa requiri consensum subditorum, maxime ecclesiastica, populi scilicet et cleri: videtur, quod illa in magna parte sapiat heresim, quia secundum eam datur occasio laicis, alias multipliciter plus solito clericis infestis, reducendi ecclesias econtra in manus laicorum et eorum ordinacionem; que tamen incontrarium iustis et sanctis respectibus a diversis catholicis principibus et divisim imperatoribus libertati sue 30 fuerunt permisso. Et pro probacione allegat canonones abrogatos secundum antiqua tempora loquentes, secundum que dispositio et ordinacio ecclesiarum in manibus laicorum licet de facto fuerat vel ipsis saltem ob potentiam heresim tunc invalescencium extitit permissa, ut sic principes laici etc. eo facilius ecclesias ipsas ab incursibus earundem defenderent atque tuerentur. Ad que tempora dictus N. Kusa ecclesiam his temporibus alias satis turbatam nisus est suo perverso dogmate reducere et 35 sic laicis pocius quam ecclesiastice libertati complacere. Ex quorum eciam canonum abrogatorum allegatione penam condignam utique mereretur, ut in prohemio *Decretalium*⁷⁾ et *Sexti*⁸⁾ et per Glossam in c. 'Novit' de iudiciis super verbo 'Quicumque' cum ibi notatis.⁹⁾

Neque eciam putent v. r. p. ipsum dominum Vlricum virtute dicte sue intrusionis omnium subditorum ecclesie et dyocesis Treuerensis habere favorem, obedienciam et consensum ipsumque domini 40 num Rabanum in premissis totaliter exclusum, quinymmo considerandum obedienciam et favorem a superioribus ipsi Vlrico adherentibus et sua commoda plus quam Christi vel ecclesie prosequenteribus in magnam partem subditorum ecclesie Treuerensis utriusque status et sexus hominum fuisse vi aut metu ac aliis modis et communacionibus formidabilibus inductam pariter et extortam (*am Rand ergänzt*: ipsumque non habere aliam obedienciam in dyocesi Treuerensi quam in dominio temporali 45 ipsius ecclesie et hiis, qui ipsi dominio subsunt) prefatumque dominum Rabanum virtute sue provisionis cum inde securis a memoratis decano et capitulo ac civibus et tota communitate civitatis Treuerensis ac a nonnullis vasallis, ducibus, comitibus et aliis nobilibus, et presertim a suffraganeis dictae ecclesie Treuerensis, aliis plerisque abbatibus, prioribus, prepositis et clero in civitate et extra in magna parte diocesis ut et tamquam verum et indubitatum archiepiscopum fuisse et esse receptum. Et sic 50 fuit et est verum.

i allegata: alias.

1) S. u. Nr. 219 Z. 85–118 mit Anm. 3.

2) S. o. Nr. 206 Z. 19–21 mit Anm. 8.

3) Darüber enthält das Privileg allerdings nichts.

4) Vgl. dazu b) Z. 17ff.

5) Von den überlieferten Schriftsätzen lässt sich keiner hiermit identifizieren.

6) Die Bulle von 1418 XII 22 (ROM, Arch. Vat., Reg. Lat. 204 f. 147v; Fink, Repertorium Germanicum IV 3074) besagt: ... tuque electioni ... consciens eius negotium in consistorio proponi fecisti coram nobis, illam apostolica petens auctoritate confirmari ...; electionem ipsam, eciam ex quaque causa eiusdem provisio ecclesie ad dictam sedem (apostolicam) pertineat, ... confirmamus.

7) Friedberg II 3.

8) Friedberg II 935.

9) Glossa ordinaria des Bernardus Parmensis zu c.13 X de iudiciis II 1.

1434 März 17, Basel.

Nr. 208

Konzilsprotokoll. Verhandlung über den Trierer Streit.

Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 f. 205v; ROM, Bibl. Vat., Regin. 1017 f. 313v–314r (zu den Hss. s. o. zu Nr. 102).

Druck: CB III 48f.

Erw.: Vansteenberghe 58; Meuthen, Trierer Schisma 196f.

Generalkongregation. Der vicarius Maguntinus¹⁾ berichtet in Gegenwart des Trierer Domdekans und des Domberrn Philipp von Sierck et nonnullis aliis instantibus über die zuerst erfolgte Wahl Jakobs von Sierck²⁾ und die darauffolgende Ulrichs von Manderscheid³⁾, quodque mediantibus certis condicionibus data est administratio in temporalibus ipsi domino Vlrico⁴⁾, excusando eosdem dominos de capitulo. Danach